

**A** dicere, q̄ ideo non est filius filij, q̄a nec ex eo, nec per eum est, nec eum habet sup̄ius causam (quænam esset solutio cōueniētor) hoc q̄dem nō dixit, sed aliam reddidit rōnem. Est enim inq̄t ex deo p̄ filium, & hoc negādum nō est. Quod si hoc cogat, & filij est filij & esse, & dici: diceret (inq̄t) etiā hoc, nisi hoc inconueniēs seque-ret, q̄ trinitas multi-tudo infinita putaret. Quod si hoc absurdū nō timeret, diceret etiā filius filij. At si filius filij diceret, nullus dubitaret, q̄ filium etiā haberet sui cām. Igit̄ etiā cum dicat per filium esse, filium habet causam, ip̄e etiā esse ait. Quod verbum potissimū existētiam & subsi-stētiam significat, & esse ex deo p̄ filium, prout sacer Athanasius dixit. Nec igit̄ de gra-tijs non subsistentibus est ei propositum dicere, nec propter relationem p̄ filium dictū est, nec p̄positio, per, idem potest, quod p̄positio, cum. Quæ enim ratio est, ideo aliquos suspicari filium eum filij posse dici & esse, q̄a ex deo cum filio est. Cum igitur nullum de his tribus refugijs, ad quæ se omnes solent referre, his sanctoꝝ doctoꝝ testimonijs res-linguat, neq̄ conueniat, palam patet causam hic significare hanc p̄positionem, per. Idem est alia eiusdem autoritate probatur dicentis. Ideo q̄ ex deo q̄d per sp̄s sit, palam prædi-cauit Apostolus, dicens, Spiritum, q̄ ex deo est, accepimus. Et q̄ per filium manifestatus sit aperte ostendit, cum illum filij sp̄m, quæadmodum etiā dei nominauerit. Ideo enim d̄r filij sp̄s (inq̄t) q̄a p̄ eū manifestatus est. Cūctietā p̄res Occidentales cōmuni sentētia, ideo dicunt filij sp̄m & esse & dici, q̄a ex eo procedit. Idem igitur Occidentales docto- res significāt, cum dicunt ex filio spiritum procedere, quod sanctus Basilius cum dicit, p̄ filium eum manifestari. At dicere, ex filio eum procedere, nil aliud significat, nisi q̄ filij us etiā sit causa sp̄s. Igitur & per filium dicere eum manifestari, palam significat filij causam esse spiritus sancti. Quod si hoc, quod dicimus per filium eum manifestari, dicat aliq̄s significare ad sensibilem hunc mundum eius manifestationē & tēporalē missionē, nō recte dicit. Si enim ideo sp̄s est filij sp̄s, nec æternaliter nec natura, sed accidenta-liter & tēporalr illum habet, ex quo scilicet mundo illum manifestauit, quod impium est etiā cogitare. Effectus enim vt p̄supponat causam, necesse est. Quod autem p̄ filij us sp̄s manifestetur, hoc est, causa, vt sp̄s sit sp̄s filij. Si igitur effectus, videlicet, q̄d sp̄s sit sp̄s filij æternalr etiā est, multo magis vt causa, videlicet q̄ per eum manife-status fuerit, æterna & naturalis sit necesse est. Æternaliter autē per eum manifestari, q̄d aliud, nisi q̄ æternalr ab eo procedit, significat. Illud etiā quod addit, quæadmodum & dei nostram expositionē corroborat. Ita enim (ait) d̄r sp̄s filij, quæadmodum & dei. At dei d̄r sp̄s, tanquā ex eo procedens. Igitur etiā filij d̄r sp̄s, tanq̄ ex eo procedēs, siue per eum manifestatus. Idem enim ambo significare, probatum est. Hic atq̄ potissi-mum apparer, nullo modo p̄positionem, per, debere accipi pro, cum. Quod enim fit filij sp̄s, signum est (inq̄t) q̄ per eum manifestatus sit. Si igitur, per eum manifestari, idem atq̄ cum eo manifestari, si significaret, cum nil minus, cum filio sp̄s, quā, cum spiritu filius, manifestatus sit, oporteret vt etiā filius spiritus diceret, in signum, q̄ cum sp̄s si-lius manifestatus sit. At hoc non d̄r, igitur nec cum sp̄s filius manifestatus est. Sed hoc mendacium & impium est dicere, manifestatus est etenim cum sp̄s, non tñ per sp̄s. Quo fit, vt aliud sit, per eum manifestari: & aliud, quod cū eo manifestet. Sed dicit aliq̄s Ideo filius non d̄r sp̄s, ne pater eius videat esse sp̄s sanctus. Filius enim, cum nomen sit relatiuum, refertur ad patrē. Quare, si non timeret hoc inconueniēs, filius etiā spiri-tus diceretur, eo quod cum sp̄s, & simul cum sp̄s progrediatur ex patre. At, o vir opti-me, sp̄s quoq̄ relatiuum nomen est, & ad spirantem refert, & cuius d̄r spiritus, ab illo etiā spiratur. Quod enim personalia nomina trinitatis relatiua sint, nullus ignorat. Personale vero nomē sp̄s esse, quod sanctus sp̄s dicat nemo inficitur, quæadmodū pa-tris pater, & filij filius. Et necessārio relatiuū, quæadmodū & illa, siq̄ de essentia nō sunt, nec aliud sit in diuinis p̄ter essentiā & relatiōes. Quæadmodum igit̄ filium, cum sit nomē relatiuum, & referat ad patrē, veremur filij sp̄s dicere, ne sp̄s pater eius putaretur, ita & spiritus, cum sit nomē relatiuum, & necessārio ad spirantē referatur, ab eo etiā spira-tur, cuius d̄r spiritus esse. Vt vero nulla cuiq̄ excusatio relinquatur, & clarius appareat p̄positio, per, significās causam, sanctus Maximus in medium adeat, q̄ exponēs qd velit illud Zachariæ prophetæ aurea lāpas, & qd supra eā, sic dicit: Sp̄s enim sanctus, quæ admodum natura scdm essentiā dei & p̄ris est, ita & filij scdm essentiā est, tanq̄ ex patre essentialiter p̄ filium ineffabilr natum procedēs, Filij enim est (inq̄t) essentialiter spiritus,